

Huc & *Ænigmata* referri possunt. Tale Samson in convivio nuptiali suis proponit convivis, *Jud. 14. v. 14. De comedente exivit cibus, & de forti egressa est dulcedo.* Id quum hospites à Sponsâ Samsonis edocti solverent, illud proponit: *nisi arassetis vitulâ meâ, ænigma meum non solvissetis. v. 18.* Et *Virgil. Eclog. 3. v. 104.*

*Dic quibus in terris, & eris mihi magnus  
Apollo, (nas?)*

*Tres pateat cæli spatium non amplius ul-  
Vid. Lud. de lacerda, & Oswald. Bellingum  
in b. l.*

Huc pertinent & *Logogriphi*, ut *Alexandri* illud spectrum, *σάτυρ* & h. e. *σὰ τὴν* & *ρ*, *tua Tyrus*, quum *Tyrum* expugnaturus esset. *Plutarch. in Alexand.* Sic è *Muscatum*, fit *Mus*, *Musca*, *Mustum*. Unde *Distichon*:

*Si caput est currit: ventrem superadde,  
volabit:*

*Adde pedem comedes, & sine ventre bibes.*

Et *Palindromi*, ubi vel dictiones integræ releguntur, vel singulæ literæ. Sic *Scal.*  
*l. 2. p. 185.*

*Si*